



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecumenici Concilii Tridentini, Pavlo III.  
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et  
Decreta**

**Tridentinum <1545-1563, Trient>**

**Coloniae, 1615**

Sessio XIV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42415**

## SESSIO XIV.

QVAE EST QVARTA,  
SVB IVLIO III. PONT. MAX.  
CELEBRATA DIE XXV.  
NOV. M. D. LI.

Doctrina de sanctissimis Pœnitentiæ, &  
extremæ Vnctionis Sacra-  
mentis.

a supra  
Sess. 6.  
cap. 14.

**S**acrosancta œcumenica, & generalis Tri-  
dentina Synodus, in Spiritu sancto legi-  
timè congregata, presidentibus in ea eisdem  
Sanctæ Sedis Apostolicæ Legato, & Nuncijs,  
quamuis in decreto de a iustificatione mul-  
tus fuerit de Pœnitentiæ Sacramento, propter  
locorum cognationem, necessaria quadam ra-  
tione sermo interpositus: tãt a nihilominus cũ  
ca illud nostra hac ætate diuersorum errorum  
est multitudo, vt non parum publicæ utilitatis  
retulerit, de eo exactiorem & pleniorẽ defi-  
nitionem tradidisse; in qua demonstratis, &  
conuulsis, Spiritus sancti presidio, vniuersis er-  
rorib., Catholica veritas perspicua, & illustra-  
fieret: quam nũc sancta hec Synodus Christi-  
anis omnibus perpetuò seruandam proponit.

De necessitate, & institutione Sacra-  
menti Pœnitentiæ.

CA.

## CAPVT. I.

**S**I ea in regeneratis omnibus gratitudo erga Deum esset, vt iustitiam in Baptismo, ipsius beneficio, & gratia susceptam, constanter tuerentur; non fuisset opus aliud ab ipso Baptismo Sacramētum ad peccatorum remissionem esse institutum. a Quoniam autem Deus, diues in misericordia, cognouit figmentum nostrū; illis etiam vitæ remedia cōtulit, qui sese postea in peccati seruitutē, & demonis potestatem tradidissent, Sacramentum videlicet Pœnitentiæ, quo lapsis post baptismum, beneficium mortis Christi applicatur. b Fuit quidē Pœnitentiā vniuersis hominibus, qui se mortali aliquo peccato inquinassent, quouis tēpore ad gratiā & iustitiam assequendam necessaria, ijs etiam, qui Baptismi Sacramēto abluī petiuissent, vt, peruersitate abiecta, & emendata, tantā Dei offensionem cū peccati odio, & pio animi dolore detestarentur. vnde Propheta ait: c Conuertimini, & agite pœnitentiā ab omnibus iniquitatibus vestris: & non erit vobis in ruinā iniquitas Dominus etiā dixit: d Nisi pœnitentiā egeritis, omnes similiter peribitis. Et princeps Apostolorū Petrus peccatoribus Baptismo initiandis pœnitentiā cōmendans, dicebat: e Pœnitentiā agite, & baptizetur vnusquisq; vestrum. Porro nec antè aduentum Christi pœnitentiā erat Sacramētum, nec est post aduentū illius cuiquam ante Baptismum. Dominus autē

a inf. c. 1.  
 Psal. 102.  
 Ephes. 2.  
 Sic Inno.  
 1. ep. 91.  
 inter ep.  
 Aug. nam  
 quamuis  
 redemif-  
 fer, &c. &  
 Cyprian⁹  
 ab Au. ci-  
 tatus lib.  
 2. contra  
 Iulian. c. 8.  
 Quam be-  
 nigna, q̄  
 necessa-  
 ria.  
 b sup. Sef.  
 6. cap. 14.  
 de iustif.  
 Cōc. Ca-  
 bilon. c. 8.  
 c Ezech. 18.  
 d Luc. 13.  
 e Act. 2.  
 c. agunt.  
 & c pro-  
 prie de  
 conf.  
 dist. 4.

a Ioan. 20  
Matt. 16.  
c. vt con-  
stituere-  
tur 10.  
dist. &  
infr. cap.  
8. in fi. &  
Can. 3.

Sacramentum Pœnitentiæ tunc præcipuè insti-  
tuit, cū à mortuis excitatus, insufflauit in di-  
scipulos suos, dicēs, a Accipite Spiritū sanctū:  
quorū remiseritis peccata, remittuntur eis; &  
quorum retinueritis, retenta sunt. Quo tā insi-  
gni factō, & verbis tam perspicuis, potestatem  
remittendi, & retinēdi peccata, ad reconcilia-  
dos fideles post Baptismum lapsos, Apostoli  
& eorū legitimis successoribus fuisse cōmuni-  
catam, vniuersorum Patrum consensus semper  
intellexit. Et Nouatianos, remittēdi potestatem  
olim pertinaciter negantes, magna ratione Ec-  
clesia Catholica, tamquam hereticos explosit  
atq; cōdemnauit. Quare verissimum hunc il-  
lorum verborū Domini sensum, sancta hæc Syn-  
odus probans, & recipiēs, damnat eorum in-  
mentitias interpretationes, qui verba illa  
potestatem prædicandi verbum Dei, & Christi  
Euangelium annunciandi, contra huiusmodi  
Sacramenti institutionem falsò detorquent.

De differentia Sacramenti Pœnitentiæ,  
& Baptismi.

## CAPVT II.

b Sup. Sef.  
6. de inst.  
cap. 14. &  
inf. can. 6.

Ceterum hoc Sacramentū b multis ratio-  
nibus à Baptismo differre dignoscitur, &  
præterquam quod materia & forma, quæ  
in hoc Sacramento essentia perficitur, longissimè  
dissidet, cōst at certè, Baptismi ministrū in  
hoc Sacramento esse non oportere, cū Ecclesia in nemine  
indis-

iudicium exerceat, qui non prius in ipsam pe-  
 Baptismi ianuam fuerit ingressus. a Quid .n. a 1. Co. 12.  
 mihi, inquit Apostolus, de ijs, qui foris sūt, iu- in fin. c.  
 dicare? Secus est de domesticis fidei, quos Chri- multi 2.  
 stus Dominus b lauacro Baptismi sui corporis q. 1. c.  
 membra semel effecit, nam hos, si se postea cri- gaude-  
 mine aliquo cōtaminauerint, nō iam repetito mus de  
 Baptismo ablui, cū id in Ecclesia Catholica nul- b 1. Cor.  
 laratione liceat, sed ante hoc tribunal, tāquam 1. b. c.  
 reos, sisti voluit: vt per sacerdotum sententiā Verbum  
 non semel, sed quoties ab admissis peccatis ad de pœn.  
 ipsum pœnitētes cōfugerint, possent liberari. A dist.  
 lius est præterea Baptismi, & alius Pœnitētiæ c Galat. 3.  
 fructus: per Baptismum .n. Christum c induen-  
 tes, noua prorsus in illo efficiuntur creatura, ple-  
 nam & integram peccatorū omnium remissio-  
 nem cōsequentes: ad quam tamen nouitatem,  
 & integritatem per sacramētum Pœnitentiæ,  
 sine magnis nostris fletib. & laboribus, diuina  
 id exigēte iustitia, peruenire nequaquam pos-  
 sumus: vt meritò Pœnitentiā laboriosus quidā  
 Baptismus à sanctis Patrib. dictus fuerit. Est  
 autem hoc Sacramētum Pœnitentiæ lapsis post  
 Baptismum ad salutem necessarium, vt non-  
 dum regeneratis ipse Baptismus.

De partibus, & fructu huius Sacramenti.

CAPVT III.

Docet præterea sancta Synodus, Sacramēti  
 Pœnitentiæ formā, in qua præcipuè ipse

F

vis

vis sita est, in illis ministri verbis posita esse. Ego te absoluo, &c. quibus quidem de ecclesia sancti more, preces quaedam laudabiliter adiunguntur: ad ipsius tamen formae essentiam nequaquam spectant, neque ad ipsius Sacramenti administrationem sunt necessaria. Sunt autem quasi materia huius Sacramenti ipsius poenitentis actus, a nempe Contritio, Confessio, et Satisfactio. Qui quatenus in poenitente ad integritatem Sacramenti, ad plenamque & perfectam peccatorum remissionem ex Dei institutione requiruntur, hac ratione Poenitentiae partes dicuntur. Sanè verò res, & effectus huius Sacramenti quantum ad eius vim, & efficaciam pertinent reconciliatio est cum Deo, quae interdum in viris pijs, & cum deuotione hoc Sacramentum percipientibus, conscientiae pax, ac serenitas cum vehementi spiritus consolatione consequi solent. Hec de partibus, & effectu huius Sacramenti sancta Synodus tradens simul eorum sententiam damnat, qui Poenitentiae partes, inuisos conscientiae terrores, & fidem esse contendunt.

De Contritione. CAP. IV.

a sup. Ses.  
6. de iustif. cap.  
14. & inf.  
can. 4.

b sup. Ses.  
6. de iustif. cap.  
6. & 14.

**C**ontritio, b que primum locum inter poenitentis actus habet, animi dolor, ac detestatio est de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cetero. Fuit autem quantum ad impetrandam veniam peccatorum poenitentiae motus necessarius. & in homine per Baptismum lapsa ita demum preparat ad remissionem

sionem

sionem peccatorum, si cum fiducia diuine mi-  
 sericordie, & voto præstandi reliqua, coniun-  
 ctus sit, quæ ad ritè suscipiendū hoc Sacramē-  
 tum requiruntur. Declarat igitur sancta Syno-  
 dus hanc contritionem, nō solum a cessationem  
 à peccato, & vitæ noue propositū, & inchoa-  
 tionem, sed veteris etiā odium continere, iux-  
 ta illud: *b* Projicite à vobis oēs iniquitates ve-  
 stras, in quib⁹ præuaricati estis; & facite vobis  
 cor nouū & spiritum nouum. Et certè, qui illos  
 sanctorū clamores cōsiderauerit: *c* Tibi soli pec-  
 caui, & malū corā te feci: *d* Laboraui in gemitu  
 meo: lauabo per singulas noctes lectū meū:  
*e* Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritu-  
 dine anime mee: & alios huius generis; facile  
 intelliget, eos ex vehementi quodam antea  
 vitæ odio, & ingēti peccatorū detestatione ma-  
 nasse. Docet præterea, eisi contritionē hanc ali-  
 quādo caritate perfectā esse cōtingat, hominē q̄;  
 Deo reconciliare, priusquā hoc Sacramentū a-  
 ctu suscipiat: ipsā nihilominus reconciliatio-  
 nem ipsi Contritioni, sine Sacramenti voto, &  
 in illa includitur, non esse adscribēdum. Illam  
 verò Contritionem imperfectam, quæ Attritio  
 dicitur, quoniā vel ex turpitudine peccati cō-  
 sideratione, vel ex gehennæ, & pœnarum metu  
 communiter concipitur, si voluntatem peccā-  
 di excludat, cum spe veniē; declarat nō solum  
 non facere hominem hypocritam, & magis  
 peccatorem, verum etiā donum Dei esse, &

a infr. c. 5.

b Eze. 18.

c Psal. 50.

c &amp; venit

de pœn.

diff. 1. ca.

totam de

pœn. diff.

d Psal. 6.

e Esa. 38.

a Ionæ 3.  
Matt. 12.  
Luc. 21.  
c. quam-  
obrem.  
de pœo.  
diff. 1.

Spiritus sancti impulsus, non adhuc quidē inhabitantis, sed tantum mouentis, quo pœnitens adiutus, viam sibi ad iustitiam parat. Et quāuis sine Sacramēto Pœnitentiæ per se ad iustificationē perducere peccatorem nequeat, tamē eum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandum disponit. Hoc enim timore vilitate a concussi Niniuitæ, ad Ionæ prædicationem, plenam terram terroribus, pœnitentiam egerūt, & misericordiam à Domino impetrarunt. Quamobrem falsò quidam calumniatores Catholicos Scriptores, quasi tradiderint Sacramentum Pœnitentiæ, absque bono motu suscipientium, gratiam conferre: quod numquam Ecclesia Dei docuit, nec sensit, sed & falsò docent; Contritionem esse extortam & coactam non liberam, & voluntariam.

De Confessione. CAP. V.

b Luc 3.  
& 17.  
Iac. 5.  
1. Ioan. 1.  
inf. can. 6  
c Ioan. 25  
Matt. 16.  
c. verbum  
de pœn.  
diff. 1. &  
c. adhuc.  
de pœn.  
diff. 3.

**E**x institutione Sacramenti Pœnitentiæ explicata vniuersa Ecclesia semper intellexit, institutam etiam esse à Domino in tergram peccatorum Confessionem, & omnibus post Baptismum lapsis, iure diuino necessariam existere: quia Dominus noster Iesus Christus, è terris ascēsurus ad cœlos, Sacerdotes suorum Vicarios reliquit, tāquam præsidēs, & iudices ad quos omnia mortalia crimina deferantur, quæ Christi fideles ceciderint: quo pro potestate Clauium remissionis: aut retentiōis peccatorum sententiā pronūciant. constat enim, Sacerdos iudi-



iudiciū hoc incognita causa, exercere non po-  
 tuisse, neque equitatem quidem illos in pœnis  
 iniungendis seruare potuisse, si in genere dur-  
 taxat, & non potius in specie ac sigillatim, sua  
 ipsi peccata declarasset. a Ex his colligitur oportere à pœnitentibus omnia peccata mortalia,  
 quorum post diligentē sui discussionē consciē-  
 tiam habent, in Confessione recenseri, etiam si  
 occultissima illa sint, & tantum aduersus duo  
 vltima b Decalogi præcepta cōmissa, que non  
 nunquā animum grauius sauciant, & pericu-  
 losiora sunt ijs que in manifesto admittuntur.  
 nam venialia, quibus à gratia Dei nō excludi-  
 mur, c & in que frequentius labimur, quam-  
 quam recte & vtiliter, citraque omnem præ-  
 sumptionem in confessione dicatur, quod pio-  
 rum hominum vsus, demonstrat, taceri tamen  
 citra culpam, multisq; alijs remedijs expiari  
 possunt. Verū, cū viuēsa mortalia peccata,  
 etiā cogitationis d homines in filios, & Dei  
 inimicos reddāt, necessum est, omnium etiam  
 veniam, cum aperta & verecunda Cōfessione,  
 à Deo querere. Itaq; dū omnia, que memoriæ  
 occurrunt, peccata Christi fideles confiteri stu-  
 dent, proculdubio omnia diuine misericordie  
 agnoscenda exponunt, qui vero secus faciūt, &  
 sciēter aliqua retinēt, nihil diuine bonitati p  
 Sacerdotem remittēdum proponunt; si enim e-  
 rubescat egrotus, vulnus medico detegere, &  
 ignorat, medicina non curat. Colligitur p̄terea,

a inf. cā. 6

b Deut. 5.

c sup. Sef.

6 cā. 23. c.

adhuc. &amp;

c. de quo-

tidianis

de pœnit.

dist. 3.

d Ephes...

e tiā eas circumstantias in Confessione explicandas esse, quæ speciem peccati mutant: quod sine illis peccata ipsa neq. à pœnitentibus integrè exponantur, nec iudicibus innotescant; & fieri nequeat, ut de gravitate criminū rectè cēserè possint, & pœnam, quam oportet pro illis pœnitentibus imponere. unde alienū à ratione est, docere circumstantias has ab hominibus otiosè excogitatas fuisse, aut unā tantum circumstantiā confitendā esse, nempe peccasse in fratrem. Sed & impiū est, Confessionem, quæ hac ratione fieri præcipitur, impossibilē dicere, aut carnificinam illam conscientiarum appellare: cōfessio enim, nihil aliud in Ecclesia à pœnitentibus exigi, quàm, ut, postquam, quisque diligentius se excusserit, & conscientie sue finis omnes, & latebras exploraverit, ea peccata confiteatur, quibus se Dominū & Deum suum maxime offendisse meminerit: reliqua autē peccata, quæ diligentè cogitāti non occurrunt, in unum sum, eadem Cōfessione inclusa esse intelliguntur: pro quibus fideliter cum Propheta dicimus: a Ab occultis meis munda me Domine.

a Psal. 18.

Ipsa verò huiusmodi Cōfessionis difficultas, ut peccata detegendi verecundia gravis quidem videri posset, nisi tot tantisque commodis, & consolationibus leuaretur, quæ omnibus dignè ad hoc Sacramentū accedentibus, per Absolutionem certissimè conferuntur. Ceterum, quæ ad modū confitendi secretò apud solum sacer-

dotum

dōtem, et si Christus non vetuerit, quin aliquis in vindictam suorum scelerū, & sui humiliatōnem, cum ob aliorum exēplum, tum ob Ecclesie offense adificatiōē, delicta sua publicē confiteri possit: nō est tamen hoc diuino præcepto mandatum, nec satis consultē humane aliquā lege præciperetur, vt delicta præsertim secretā, publica essent cōfessione aperiēda. vnde cū a sanctissimis, & antiquissimis patrib. magno vnanimiq; consensu, secreta Confessio sacramentalis, qua ab initio Ecclesia sancta vsa est, & modō etiam vtitur, fuerit semper commendata; manifestē refellitur inanis eorū calumnia, qui eā à diuino mandato alienam, & inuentum humanum esse, atque à b Patrib. in Concilio Lateranensi congregatis, initium habuisse docere non verētur, neque enim per Lateranense Cōcilium Ecclesia c̄ statuit, vt Christi fideles cōfiterētur, quod iure diuino necessarium, & institutum esse intellexerat: sed vt præceptum Confessionis, saltem semel in anno, ab omnibus, & singulis, cum ad annos discretionis peruenissent, impleretur. vnde iam in vniuersa Ecclesia cū ingēti animarū fidelīū fructu, obseruatur mos ille salutaris cōfite di, sacro illo & maximē acceptabili tēpore Quadragesimæ: quē morē hec S. Synod. maximē probat et amplectitur, tanquā piū, & meritō retinendū.

De ministro huius Sacramenti & Absolutione.

a Conc.  
Cabilon.  
c. 33.

b infra  
can. 8. 14.

c Conc.  
Late. sub  
Inn. 3. ca.  
21. c. om-  
nis vtri-  
usque de  
pen. &  
remiss.

## CAPVT VI.

a infrā  
can. 10.

b Mat.  
16. & 18.

c Ioa. 20.

d supra  
Sess. 7. de  
sacram.  
can. 10.

e c. secū-  
dū ecclē.  
9. dist. &  
c. nō no-  
cet. 1. q. 1.

**C**irca ministrum autem huius Sacramēti, declarat sancta Synodus falsas esse, & à veritate Euangelij penitus alienas doctrinas omnes, quæ ad alios quosuis homines præter Episcopos, & Sacerdotes, Clauium ministerium perniciosè extendunt; putantes verba illa Domini: *b* Quæcunq; alligaueritis super terrā, erunt alligata & in cælo; & quæcunq; solueritis super terrā, erunt soluta & in cælo, & c. Quorum remisistis peccata, remittuntur eis: et quorū retinueritis, retenta sunt: ad omnes Christi fideles indifferenter, & promiscuè, d contra institutionē huius Sacramēti, ita fuisse dicta, vt quiuis potest atē habeat remittēdi peccata publica quidem per correptionem, si correptus acquieuerit; secreta verò per spontaneā Cōfessionem, cuiuscumque factam. Docet quoq; etiam sacerdotes, qui peccato mortali tenentur, per virtutē Spiritus S. in ordinatione collatā, tāquā Christi ministros, functionē remittēdi peccata exercere, eosq; prauè sentire, qui in malis sacerdotib. hanc potest atē non esse contendūt. Quāuis autē Absolutio sacerdotis alieni beneficii sit dispensatio: tamen non est solum nudum ministeriū, vel annunciādi Euangeliū, vel declarādi remissa esse peccata; sed ad instar actus iudicialis: quo ab ipso, velut à iudice, sentētia pronuntiatur. atq; ideo nō debet pœnitens ad-

eò sibi

eo sibi de sua ipsius fide blandiri, vt etiam a si a inf. cā. 9  
 nulla illi adsit contritio, aut sacerdoti animus  
 serio agendi, & verè absoluendi desit: putet ta-  
 mē se propter suam solam fidem, vere & corā  
 Deo esse absolutum. nec enim fides sine pœni-  
 tentia remissionem vllam peccatorum præ-  
 staret: nec is esset, nisi salutis suæ negligentissi-  
 mus, qui sacerdotem ioco se absoluentē cogno-  
 sceret: & non alium, serio agentem, sed ulò re-  
 quireret.

Vide post  
 finem hu-  
 ius libri.

De casuum reseruatiōe.

CAPVT VII.

QVonia igitur natura, & ratio iudicij il-  
 lud exposcit, vt sententia in subditos dū b c. si epi-  
 taxat feratur: b persuasum semper in Ecclesia scopus, de  
 Dei, & verissimum esse Synodus h.ec pœ. in 6.  
 confirmat, nullius momenti absolutionem eā  
 esse debere, quam sacerdos in eum profert, in  
 quem ordinariam aut subdelegatā non habet c c. si quis  
 iurisdictionem. Magnoperè verò ad Christiani suadente  
 populi disciplinā pertinere, sanctissimis Patri- 17. q. 4. c.  
 bus nostris visum est vt atrociora quædam & ita quo-  
 grauiora crimina à quibusuis, sed à summis rundā de  
 duntaxat Sacerdotibus absoluerentur, c vnde iud c. cō.  
 meritò Pontifices Max. pro suprema potestate, q. de sen.  
 sibi in Ecclesia vniuersa tradita, causas aliquas excomm.  
 criminū grauiores suo potuerūt peculiari iu- c. quicūq;  
 dicio reseruare Neq; dubitandum est, quando eod. tit.  
 omnia, quæ à Deo sunt, ordinata sunt, quin hoc in s. &  
 idem d' Episcopis omnibus in sua cuiq; diocesi dist. 2.  
 in Clem. eod. tit.

c & si do-  
mīnū, de  
pœ in ex.  
cō. cū sim.  
Ro. 3. d.  
Fide sess.  
14 c 6.  
post mat.  
ac felicit  
de pœn.  
in 6. c. pa-  
toralis  
de off.  
ord. c. cu-  
pientes.  
de pœ. in  
Clem. c.  
inter cū-  
ctas. 6. du  
os. de pri  
uil. in ex-  
tra com.  
Cælest. e-  
pist. 2. c. 2.  
& 4 Car-  
thag. c. 76.  
& 2. To-  
let. c. 12  
de pœn.  
dist. 3. cir-  
ca princ.  
b inf. c. 12  
Gen. 3.  
3. Reg. 12.  
Num. 14  
& 20. Ses.

in ædificationē tamen, non in destructionē, li-  
ceat, p̄ illis in subditos iradita supra reliquos  
inferiores Sacerdotes auctoritate p̄sertim quo  
ad illa, quib⁹ excōmunicacionis cēsura annexa  
est. Hanc aut̄ delictorum reservationem, con-  
sonā esse diuine auctoritati, non tantū in ex-  
terna politia, sed etiā coram Deo vim habere,  
veruntamē piē admodū, nec hac ipsa occasio-  
ne aliquis pereat, in eadē Ecclesia Dei custo-  
diū semper fuit, a vt nulla sit reseruatō in ar-  
ticulo mortis atq; ideo oēs sacerdotes: quos li-  
bet pœnitentes à quibusuis peccatis, & censuris  
absoluere possunt: extra quem articulum sa-  
cerdotes cū nihil possint in casibus reserua-  
tis, id vnum pœnitentibus persuadere nitantur,  
vt ad Superiores & legitimos iudices pro be-  
neficio Absolutionis accedant.

De satisfactionis necessitate, & fructu.

CAPVT VIII.

**D**Enum, b quo ad Satisfactionem, que ex  
omnibus Pœnitentiæ partibus, quæ admo-  
dum à Patribus nostris Christiano populo fuit,  
perpetuo tempore commendata, ita vna maxi-  
mè nostra et. te, summo pietatis pretextu, im-  
pugnatur ab ijs, qui speciem pietatis habent,  
virtutem aut̄ eius abnegarunt: sancta Synodus  
declarat falsum omnino esse, & à verbo Dei a-  
lienū, culpā à c̄ Domino numquā remitti, quæ  
vniuersa etiā pœna cōdonetur, perspicua enim,  
& illustria in sacris litteris exempla reperit̄-  
tur.

tur, quibus præter diuinã traditionem, hic error quam manifestissimè reuincitur. Sane & diuine iustitiæ ratio exigere videtur, ut aliter ab eo in gratiã recipiatur, qui ante Baptismũ per ignorãtiã deliquerint, aliter verò qui semel à peccati, & dæmonis seruitute liberati, & accepto Spiritus S. dono scientes templũ d Dei violare, & Spiritũ S. contristare nõ formidauerint. Et diuinam clementiã decet, ne ita nobis absque vlla Satisfactione peccata dimittamur, ut occasione accepta, peccata leniora putãtes velut iniurijs, & e cõtumeliosi Spiritui S. in grauiora labamur, thesaurizantes nobis iram in die iræ; proculdubio .n. magno- perè à peccato reuocant, & quasi freno quodã coercet hæ satisfactoriæ pænæ; cautiore s̄que & vigilantiores in futurum pœnitentes efficiunt; medentur quoque peccatorum reliquijs & vitiosos habitus, malè viuendo cõparatos, cõtarijs virtutũ actionib. tollunt. a Neq; verò se- curior vlla via in ecclesia Dei vnquã existi- mata fuit ad amouendam imminentẽ à b Do- mino pœnam, quã ut hæc pœnitentiæ opera ho- mines cũ vero animi dolore frequetẽt. Accedit adhæc, qđ dũ satisfaciẽdo patimur p peccatis, Christo Iesu, c qui pro peccatis nostris satisfe- cit, ex quo õnis nostra sufficiẽtia est, cõformes efficiamur, certissimã quoq; inde arrhã habẽtes, quod si cõpatimur, & cõglorificabimur. Neque verò ita nostra est satisfactio hæc, quã p pec-

6. c. 30. &  
cap. 14.d 1. Cor. 3.  
Ephc. 4.c Heb. 12.  
Rom. 2.a Eze. 33.  
Ioe. 3. Hi-  
er. 3. 8. 25.  
b Esa. 30.  
Eccl. 17.  
Mat. 3. 4.  
11. & 18.  
cum sim.  
c Rõ. 5. 1.  
Ioã. 2. in  
prin.  
2. Cor. 3.  
Rom. 8.

a 2. Co. 3.  
Phil. 4.  
1. Cor. 1.  
in fin.  
b 2. Cor.  
10. in fi.  
Gal. 6.  
Act. 17.  
c Mat. 3.  
4 Luc. 3.  
10. 17 c.  
tempora  
cū mul-  
tis. seq. 6.  
q. 7. c. de  
pœnit.  
de conf.  
di. 4. Cō.  
Carth. 3.  
cap. 3. &  
Cō. Cart.  
4. ca. 74.  
Con. Ca-  
bilonen.  
cap. 34. &  
18. Conc.  
Africa. 9.  
d Mat. 16.  
& 10. 20.  
sup. cap.  
1. in fi. &  
inf. can.  
vlt. de  
pœn.  
e inf. c. 13

catas nostris exoluimus, vt nō sit per Christum  
Iesū. nam qui a ex nobis tanquā ex nobis nihil  
possumus: eo cooperāte, qui nos cōfortat, omnia  
possāmus. ita nō habet homo vnde gloriatur: b  
sed omnis gloriatio nostra in Christo est: in quo  
vuiimus, in quo meremur, in quo satisfacim⁹,  
c facientes fructus dignos pœnitētie: qui ex il-  
lo vim habent: ab illo offeruntur Patri: & per  
illum acceptātur à Patre. Debēt ergo sacerdo-  
tes Domini, quantū Spiritus & prudentia sug-  
gesserit, pro qualitate criminū, & pœnitenti-  
facultate, salutare, & cōueniētes satisfactio-  
nes iniungere: ne, si fortē peccatis conuineāt, &  
indulgentius cum pœnitentib. agant, leuissima  
qdā opera pro grauissimis delictis iniungendo,  
alienorum peccatorum participes efficiantur.  
Habeant autem prae oculis, vt Satisfactio, quā  
imponunt, nō sit tantū ad noue vitæ custodiā,  
& infirmitatis medicamentum, sed etiam ad  
præteritorum peccatorum vindictā, & casti-  
gationem: d nam Claves sacerdotum nō ad sol-  
uendum duntaxat, sed & ad ligandum con-  
cessas, etiā antiqui patres & credūt, & docēt:  
nec propterea existimarunt, Sacramentū Pœ-  
nitentiæ esse forū hęc, vel pœnarū, sicut nemo  
vnuquā Catholicus sensit ex huiusmodi nostris  
satisfactionibus vim meriti, & c satisfactionis  
Domini nostri Iesu Christi, vel obscurari, vel  
i iqua ex parte imminui: quod dum Nouatores  
ntelligere nolunt, ita optimam Pœnitentiā

nouam



nouam vitam esse docent, vt omnem Satisfac-  
tionis vim, & vsum tollant.

De operibus satisfactionis.

## CAPVT IX.

Docet præterea, tantam esse diuine munifi-  
centiæ largitatem, vt non solū pœnis, spō-  
te à nobis pro vindicando peccato susceptis,  
aut sacerdotis arbitrio pro mensura delicti  
impositis, sed etiam quod maximum amoris a  
argumentum est, temporalibus flagellis à Deo  
inflictis; & à nobis patienter toleratis, apud  
Deum patrem per Christum Iesum satisfacere  
valeamus.

a c. sunt  
plures in  
fi. de pœ.  
dist. 3.

Doctrina de Sacramento extremæ  
Vnctionis.

Visum est autē sanctæ Synodo, precedenti  
doctrinæ de Pœnitentia adiungere ea, que  
sequuntur de Sacramento extremæ Vnctionis,  
quod non modo pœnitentiæ, sed & totius Chri-  
stiane vitæ, que perpetua Pœnitentia esse  
debet, consummatiuum existimatum est à  
Patribus. Primùm itaque, circa illius insti-  
tutionem, declarat, & docet, b quod clemen-  
tissimus Redemptor noster, qui seruis suis quo-  
uis tēpore voluit de salutarib. remedijs c ad-  
uersus omnia omnium hostiū tela esse prospe-  
ctum, quemadmodum auxilia maxima in Sa-  
cramentis alijs preparauit, quibus Christiani  
conseruare se integros, dum viderent, ab omni

b inf. cā.  
de sacr.  
extremæ  
Vnctio-  
nis.  
c Eph. 6.

a 1. Pet. 5  
c. nulli  
dubium  
3. q. 1.

b Gen. 3.  
& inf. c. 2  
in fin.

grauiore spiritus incōmodo possint, ita extre-  
mæ Vnctionis Sacramento finem vitæ tanquã  
firmissimo quodam presidio, muniuit: nã est  
aduersarius a noster occasiones per omnẽ vi-  
tã quærat, & captet, vt deuorare animas no-  
stras quoquo modo possit: nullum tamẽ tẽpus  
est, quo vehementius ille omnes sue versutie  
neruos intendat ad perdendos nos penitus, &  
à fiducia etiam, b si possit, diuine misericor-  
diæ deturbandos, quam cum impendere nobis  
exitum vitæ perspicit.

De institutione Sacramenti extremæ  
Vnctionis.

### C A P V T I.

c Marc. 6.  
d Iac. 5. c.  
Presbyte-  
ros 95.  
dist. c. 1. §.  
1. de sacra  
Vnctione  
Concil.  
Cabilon.  
cap. 48.  
Innoc. 1.  
epist. 1.  
cap. 8.

**I**nstituta est autem sacra hæc Vnctio infir-  
morũ, tanquam verè & propriè Sacramentũ  
noui testamenti, a Christo Domino nostro, &  
apud Marcum quidem insinuatũ, d per Ia-  
cobum autem Apostolum, ac Domini fratres  
fidelibus commendatum, ac promulgatum. In-  
firmatur, inquit, quis in vobis: inducat Pres-  
byteros Ecclesiæ, & orent super eum cum vngente  
eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei sal-  
uabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, &  
si in peccatis sit, dimittetur ei. Quibus verbis  
vt ex Apostolica traditione p manus acceptæ  
Ecclesiæ didicit, docet materiam, formã, pro-  
prium ministrum, & effectum huius salutari  
Sacramenti, intellexit enim Ecclesiæ, mat-  
riam.

riam esse oleum, ab Episcopo benedictum: nā  
 Vnctio aptissime Spiritus sancti gratiam, qua  
 inuisibiliter anima egrotantis inungitur, re-  
 presentat; formam deinde esse illa verba, Per  
 istam vnctionem, &c.

De effectu huius Sacramenti.

## CAPVT II.

**R**es porrò, & effectus huius Sacramenti il-  
 lis verbis explicatur: Et a oratio fidei sal-  
 uabit infirmum: & alleuiabit eum Dominus:  
 & si in peccatis sit, dimittetur ei: b res etenim  
 hec gratia est Spiritus sancti cuius Vnctio de  
 lista, si que sint adhuc expianda, ac peccati re-  
 liquias abstergit, & aegroti animam alleuiat,  
 & confirmat, magnam in eo diuine miseri-  
 cordie fiduciam excitando: qua infirmus sub-  
 leuatus, & morbi incommoda ac labores le-  
 uius fert, & temptationibus demonis, c calca-  
 neo insidiantis, facilius resistit: & sanitatem  
 corporis interdum, vbi saluti animæ expedie-  
 rit, consequitur.

a Iac 5.  
Ibidem.

b infr. cā.  
1. de Sacr.  
extremæ  
Vnction.

c Gen. 3.

De ministro huius Sacramenti, &  
 tempore quo dari de-  
 beat.

## CAPVT III.

**I**am verò, quod attinet ad præscriptionem  
 eorum, qui & suscipere, & ministrare hoc  
 Sacramentum debent, haud obscure fuit illud  
 etiam in verbis prædictis traditū: nā & osten-  
 ditur illic, proprios huius Sacramenti ministros

esse

a c. illud  
superfluū  
dist. 95. &  
inf. cā. vl.  
b 1. Tim. 5

c Iac. 5.

d inf. cā. 3  
de sacra-  
ment. ex-  
tre. Vnct.  
e c. non  
lic. 12. dif.  
c. 2 in fi.  
de sum.  
Trin. & c.  
fin. de  
sum. cōp.

esse Ecclesie presbyteros, quo nomine, eo loco,  
non etate seniores, aut primores in populo in-  
telligendi veniunt, sed a aut Episcopi, aut sa-  
cerdotes, ab ipsis rite ordinati, b per imposi-  
tionem manuum presbyterij. Declaratur etiā,  
esse hanc vñtionem infirmis adhibēdam, illis  
verò præsertim, qui tā periculosè decumbunt,  
vt in exitu vitæ constituti videātur: vnde &  
Sacramētum exeuntium nuncupatur. Quod si  
infirmi post susceptam hanc Vñtionem conua-  
luerint, iterum huius Sacramenti subsidio iu-  
uari poterūt, cū in aliud simile vitæ discrimē  
inciderint. Quare nullaratione audiendi sunt,  
qui contra tam apertam, & dilucidam Apo-  
li c Iacobi sententiam docent, hanc Vñtionem  
vel signum esse humanum, vel ritum à Pa-  
tribus acceptum, nec mandatum Dei, nec  
promissionem gratiæ habentem: & qui illam  
iam cessisse asserūt quasi ad gratiam curatio-  
num dumtaxat in primitiua Ecclesia referēda  
esset: & qui dicunt, ritum, & vsum quem san-  
ctū Romana Ecclesia in huius Sacramenti ad-  
ministratiōe obseruat, d Iacobi Apostoli sen-  
tentie repugnare, atq; ideo in alium commu-  
tandum esse, & deniq; qui hanc extremā Vñ-  
tionem à fidelibus sine peccato contemni pos-  
se affirmant. hec enim omnia manifestissimè  
pugnāt cum perspicuis tanti Apostoli verbis.  
Nec profectò Ecclesia Romana, aliarū omniū  
mater & magistra, aliud in hac administratiōe

da Vnctione, quantum ad ea, que huius Sacramenti substantiam perficiunt, obseruat, quam quod Beatus Iacobus prescripsit. Nec verò tantum Sacramenti cōtemptus absque ingenti scelere, & ipsius Spiritus sancti iniuria esse possit.

Hæc sunt, que de Pœnitentiæ, & extreme Vnctionis Sacramentis hæc sancta œcumenica Synodus profitetur, & docet, atque omnibus Christi fidelibus credenda, & tenenda proponit. Sequentes autem Canones inuiolabiliter seruandos esse tradit, & asserentes cōtrarium perpetuò damnat, & anathematizat.

## DE SANCTISSIMO

## Pœnitentiæ Sacramento.

## CANON I.

Si quis dixerit in Catholica Ecclesia a Pœnitentiæ Sacramento non esse verè, & propriè Sacramentum, pro fidelibus, quoties post Baptismum in peccata labuntur, ipsi Deo reconciliandis, à Christo Domino nostro institutum, anathema sit.

a sup. ca.  
.. de pœ.

## CANON II.

Si quis Sacramenta cōfundens, bipsum Baptismum, Pœnitentiæ Sacramentum esse dixerit, quasi hæc duo Sacramenta distincta non sint, atque ideo Pœnitentiæ non rectè secundam c post naufragium tabulam appellari: anathema sit.

b supra  
cap. 2.  
c c. secunda post  
naufragium. de  
pœ. dist. 1.

## CANON III

a Ioa. 20.  
Mat. 6.  
sup. c. .&  
sess. 6. de  
iustif.  
cap. 14.

Si quis dixerit, verba illa Domini a Salu-  
toris: Accipite Spiritum sanctum: quorum re-  
miseritis peccata, remittuntur eis; & quorum  
retinueritis, retenta sunt: non esse intelligenda  
de potestate remittendi, & retinendi peccata  
in Sacramento Pœnitentiæ, sicut Ecclesia Ca-  
tholica ab initio semper intellexit; detestari  
autem, contra iustificationem huius Sacra-  
menti, ad auctoritatem prædicandi Euange-  
lium: anathema sit.

## CANON IV.

b sup. c. 3.  
de pœn.

Si quis negauerit, b ad integram, & perfe-  
ctam peccatorum remissionem requiri tres actus  
in pœnitente, quasi materiam Sacramenti Pœ-  
nitentiæ, videlicet, Cōtritionem, Cōfessionem, &  
Satisfactionem, quæ tres pœnitentiæ partes di-  
cuntur: aut dixerit, duas tantum esse Pœnitentiæ  
partes, terrores scilicet incussas conscientie,  
agnito peccato, & fidem conceptam ex Euan-  
gelio, vel absolutione, qua credit quis sibi per  
Christum remissa peccata: anathema sit.

## CANON V.

c sup. c. 4.  
de pœn.  
d Esa. 38.

Si quis dixerit, c eam Cōtritionem, quæ par-  
ratur per discussionem, collectionem, & detesta-  
tionem peccatorum, quæ quis à recogitat annis  
suos in amaritudine anime suæ, pōderādo pec-  
catorum suorum gravitatē multitudinē, sa-  
ditatem amissionem eterne beatitudinis, &  
eterne damnationis incursum, cum proposito  
melio-

melioris vite, non esse verum & vtilem dolo-  
rem, nec preparare ad gratiam, sed facere ho-  
minem hypocritam, & magis peccatorem; de-  
mum illum esse dolorem coactum, & non li-  
berum ac voluntarium: anathema sit.

CANON VI.

Si quis a negauerit Confessionem Sacra-  
mentalem vel institutam, vel ad salutem ne-  
cessariã esse iure diuino; aut dixerit, modum  
secretè confitendi soli Sacerdoti, quem Ecclesia  
Catholica ab initio semper obseruauit, & obser-  
uat, alienum esse ab institutione, & mandato  
Christi, & inuentum esse humanum: anathema  
sit.

a sup. c. 5.  
de pœnit.  
Clem. 1.  
in ep. 1.  
ad Iaco-  
bũ. Conc.  
Cabilen.  
c. 8.

CANON VII.

Si quis dixerit, b in Sacramento Pœniten-  
tiæ ad remissionem peccatorum necessarium  
non esse iure diuino, confiteri omnia & singula  
peccata mortalia, quorũ memoria cum debi-  
ta & diligenti præmeditatione habeatur, etiã  
in occulta, & que sunt contra c duo vltima  
Decalogi præcepta, & circũstantias, que pec-  
cati speciem mutant; sed eam Confessionẽ tan-  
tum esse vtilem ad erudiendum, & consolan-  
dum pœnitentem, & olim obseruatam fuisse  
tantũ ad satisfactionem Canonicam impo-  
nendã; aut dixerit, eos, qui omnia peccata cõ-  
fiteri studẽt, nihil relinquere velle diuine mi-  
sericordiæ ignoscendum; aut demũ non lice-  
re confiteri peccata venialia: anathema sit.

b sup. c. 5.  
c Deut. 5.

## CANON. VIII.

a sup. c. 5.

Si quis dixerit, Confessionem omnium peccatorum, qualem Ecclesia seruat, esse impossibile, & traditionem humanam, à pijs abolendam, aut ad eam non teneri omnes, & singulos utriusque sexus, Christi fideles, iuxta magni Concilij Lateranensis constitutionem, semel in anno, & ob id suadendum esse Christi fidelibus, ut non confiteantur tempore Quadragesimæ: anathema sit.

b Cone.  
Later. sub  
Innoc. 3.  
c. 2. & c.

omnis ve  
triusq; de  
pœ. & re-  
miss.

e sup. c. 6.  
in fi de  
iustif.

## CANON. IX.

Si quis dixerit, Absolutionem Sacramentalem Sacerdotis non esse actum iudicalem, sed nudum ministerium pronunciandi, & declarandi remissa peccata confitenti, modò tantum credat, se esse absolutum; aut Sacerdos non serio, sed ioco absoluat, aut dixerit, non requiri Confessionem penitentis, ut Sacerdos eum absoluere possit: anathema sit.

## CANON X.

d sup. c. 1.  
& cap. 6.  
de pœn.

e Matth.  
16. & 18.

f Ioa. 20.

Si quis dixerit, Sacerdotes, qui in d peccato mortali sunt, potestatem ligandi, & solvendi non habere; aut non solos Sacerdotes esse ministros absolutionis, sed omnibus, & singulis Christi fidelibus esse dictum: Quæcunq; ligaveritis super terram, erunt ligata & in cælo; & quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cælo, & f Quorum remisistis peccata remittuntur eis; & quorum retinueritis, reti-



ta sunt. Quorum verborū virtute quilibet absolueret possit peccata, publica quidem per correptionem dumtaxat, si correptus acq̄uerit; secreta verò per spontaneam confessionem: anathema sit.

## CANON XI.

Si quis dixerit, Episcopos non habere ius a reseruandi sibi casus, nisi quoad externam potestatem, atq̄, ideo casuum reseruatiōem non prohibere, quominus Sacerdos à reseruatis verè absoluat: anathema sit.

a sup. c. 7.  
c. si Episc.  
de p̄c̄n.  
in c. de  
cetero. &  
c. de monialibus.  
de sen.  
excomm.  
cum sim.  
b sup. c. 8.  
de p̄c̄n.

## CANON XII.

Si quis dixerit, totam p̄nam simul cum culpa remittit: semper à Deo, satisfactionemque p̄nitentium non esse aliam quàm fidem, qua apprehendunt Christum pro eis satisfecisse: anathema sit.

## CANON XIII.

Si quis dixerit, pro peccatis, quoad p̄nam temporalē, minimè Deo per Christi merita satisfieri p̄nis, ab eo inflictis, & patienter toleratis, vel à Sacerdote iniunctis, sed neq̄ sponte susceptis, vt ieiunijs, orationibus, elemosynis, vel alijs etiam pietatis operibus, atque ideò optimam p̄nitentiam esse tantam nouam vitam: anathema sit.

c sup. cap.  
8. 9.

## CANON XIV.

Si quis dixerit, d̄ satisfactiones, quibus p̄nitentes per Christū Iesum peccata redimunt, non esse cultus Dei, sed traditiones hominum,

d sup. c. 5.

doctrinā de gratia, & verum Dei cultum, atq[ue]  
ipsum beneficium mortis Christi obscurantes  
anathema sit.

## CANON XV.

a supr. ca.  
1. & ca. 8.  
in fi. de  
pœn.

Si quis dixerit, Claves Ecclesie esse a datas  
tantum ad soluendum, non etiam ad ligandū;  
& propterea sacerdotes, dum imponunt pœnas  
confitentibus, agere contra fidem Clauium, &  
cōtra institutionem Christi, & fictionem esse,  
quod virtute Clauium, sublata pœna eterna,  
pœna temporalis plerumque soluenda remaneat:  
anathema sit.

DE SACRAMENTO EX-  
tremæ Vnctionis.

## CANON I.

b supr. de  
hoc Sacra-  
mento in  
prin &  
c. 1.

c Marc. 6.  
Iacob. 5.

d sup. c. 2.  
de hoc  
sacr.

e supr. ca.  
vlt. Conc.  
Cabilon.  
c. 48.

Si quis dixerit, extremam Vnctionem non  
esse verè, & propriè Sacramentum à b Christo  
Domino nostro institutū, & c à Beato Iacobo  
Apostolo promulgatū, sed ritum tantum acce-  
ptum à patribus, aut figmentum humanum:  
anathema sit.

## CANON II.

Si quis dixerit, sacram infirmorum d' Vn-  
ctionem non conferre gratiam, nec remittere  
peccata, nec alleviare infirmos sed iam cessasse,  
quasi olim tantum fuerit gratia curationis:  
anathema sit.

## CANON III.

Si quis dixerit, e extremæ Vnctionis ritū  
& vsu

Usum, quem obseruat sancta Romana Ec-  
clesia, repugnare sententiæ B. Iacobi a Aposto-  
li, ideoq; eum mutandum, posseq; à Christianis  
absque peccato contemni: anathema sit.

CANON. IV.

Si quis dixerit, b Presbyteros Ecclesie, quos  
Beatus Iacobus adducendos esse ad infirmum  
inungendum hortatur, non esse Sacerdotes ab  
Episcopo ordinatos, sed etate seniores in qua-  
uis communitate: ob idq; proprium extremæ  
Vnctionis ministrum non esse solum sacerdo-  
tem: anathema sit.

Decretum de reformatione.

PROOEMIUM.

Utrum proprie Episcoporum munus sit, c sub-  
ditorum omnium vitia redarguere, hoc illis  
precipue cauendum erit, ne Clerici presertim  
ad animarum curam constituti, criminosi sint,  
neve inhonestam vitam, ipsis conuenientibus, du-  
cant: nã, si eos prauis, & corruptis moribus esse  
permittunt, quo pacto laicos de ipsorum d vitijs  
redarguet, qui vno ab eis sermone conuinci pos-  
sent, quod Clericos ipsis patiantur esse deterio-  
res: qua etiam libertate laicos corripere pote-  
runt sacerdotes: cum tacite sibi ipsi responde-  
ant, eadem se admisisse, quæ corripunt: Mone-  
bunt propterea Episcopi suos Clericos, & in quo-  
suisq; ordine fuerit, ut cõue satione, sermo-  
ne & scientia cõmisso sibi Dei populo præcãt.

merito-

a Iacob 5.  
b d. cap.  
vlt.  
Iacob. 5.  
c sic præ-  
fatur tere  
Conc. 9.  
Tolet. su-  
pra Sess.  
6. de re-  
for. c. 3.  
d 1. Cor. 9.  
c. quid  
autem. 8.  
q. 1.  
e c. vlt. 5.  
dist. e. vna  
tantu 26.  
dist c. sic-  
uti i. q ne  
celle 47.  
dist. c. in  
sacerdo-  
tibus 61.  
dist.  
Leuit. 11.  
1. 1 et. 1.  
& c. pro-  
posuisti.  
8. d. st.  
f sess. 22.  
cap 1.

a Iſai. 52. memores eius quod ſcriptum eſt: a Sãcti eſto-  
 te, quia & ego ſanctus ſum. Et iuxta Apoſtoli  
 b 2. Cor. 6. in pri. vocem: b Nemini dent vllam offenſionem, v  
 non vituperetur miniſterium eorum: ſed in o-  
 mnib. exhibeãt ſe, ſicut miniſtros Dei; ne illu-  
 c Eze. 22. Prophetæ dictum impleatur in eis: c Sacerdo-  
 oph. o. 3. tes Dei contaminant ſancta, & reprobat leges.  
 Vt autem ipſi Epifcopi licẽtiũs ex equi, ac quo-  
 quam prætextu de ſuper impediſi nequeãt; ea-  
 dem ſacroſancta, œcumenica, & generalis Tre-  
 dentina Synodus, præſidentibus in ea eiſdem  
 Apoſtolice Sedis Legato, & Nuncijs, hoſ, qui  
 ſequuntur, canones ſtatuendos, & decernendos  
 duxit.

CAPVT I.

**C**VM honeſtius ac tutius ſit ſubiecto, debi-  
 tam Præpoſitis obedientiam impendẽdo,  
 in inferiori miniſterio deſeruire, quã cum  
 Præpoſitorum ſcandalo graduum altiorũ ap-  
 petere dignitatem; ei, cui aſcẽſus ad ſacros Or-  
 dines a ſuo Prælato, ex quacumq; cauſa, etiã  
 ob occultum crimen quomodolibet, etiã ex  
 traiudicialiter fuerit interdicitus; aut qui  
 ſuis Ordinibus, ſeu gradibus vel dignitatib. ec-  
 cleſiaſticis fuerit ſuſpenſus, nulla contra ipſius  
 Prælati voluntatem conceſſa licentia de ſe pro-  
 moueri faciẽdo, aut ad priores ordines, gra-  
 dus & dignitates, ſiue honores, reſtitutio ſuſ-  
 fragetur.

CA-

## CAPVT II.

**E**T, quoniam, nonnulli Episcopi Ecclesi-  
arū, que in partibus infidelium consistunt,  
clero carentes, & populo Christiano, cum ferè  
vagabundi sint, & permanentem sedem non  
habeant, non que Iesu Christi, a sed alienas o- a inf. c. 2.  
ues, inscio proprio Pastore, querentes, dū per sup. Sect.  
hanc sanctam Synodū se Pontificalia officia in 2. c. 5.  
alterius diœcesi, nisi de loci Ordinarij expressa  
licentia, & in personas eidem Ordinarie subie-  
ctas tantum, exercere prohibitos vident, in le-  
gis fraudem, & cōtemptum, quasi Episcopale  
cathedrā in loco nullius diœcesis sua temeri-  
tate eligunt; & quoscunque ad se venientes,  
etiamsi suorum Episcoporum, seu Prælatorum  
litteras commendatitias non habeant, clericali  
charactere ignire, & ad sacros etiam presbyte-  
ratus Ordines promouere presumunt: quo ple-  
nūque fit, vt minus idonei & rudes, ac ignari,  
& qui à suo Episcopo tamquam inhabiles, &  
indigni reiecti fuerūt, ordinati, nec diuina of-  
ficia peragere, nec ecclesiastica sacramēta rectè  
valeant ministrare: Nemo Episcoporum qui Ti-  
tulares vocantur, etiamsi in loco nullius diœ-  
cesis, etiam exēpto, aut aliquo monasterio cu-  
iusuis Ordinis resederint, aut morā traxerint,  
vigore cuiusuis priuilegij sibi de promouendo  
quoscunque ad se venientes pro tēpore conces-  
si, alterius subditum, etiā prætextu familiari-

cumque seculares Clericos, qualitercumq; ex-  
 emptos, qui aliàs suæ iurisdictioni subessent, de  
 eorum excessibus, criminibus, & delictis, quo-  
 ties, & quādo opus fuerit, etiam extra visita-  
 tionem, tamquam ad hoc Apostolicæ Sedis de-  
 legati, corrigendi, & castigandi a facultatem  
 habeant: quibuscumq; exemptionibus, decla-  
 rationibus, consuetudinibus, sententiis, iuramē-  
 tis, concordijs, quæ tātum suos obligent aucto-  
 res, ipsis Clericis, ac eorum consanguineis, ca-  
 pellanis, familiaribus, procuratoribus, & aliis  
 quibuslibet, ipsorum exemptorum contempla-  
 tione, & intuitu minimè suffragantibus.

## CAPVT V.

**I**nsuper, cū nonnulli, qui sub pretextu quod  
 super bonis, & rebus, ac iuribus suis diuersæ  
 eis iniuriæ, ac molestiæ inferantur, b certos  
 iudices per litteras Conseruatorias deputari  
 obtinent, qui illos à molestiis, & iniurijs hu-  
 iusmodi tueantur, ac defendāt, & in possessio-  
 ne, seu quasi, honorum, verū, ac iurium suorum  
 manu teneāt, & conseruent; nec super illis eos  
 molestari permittāt, eiusmodi litteras in ple-  
 risq; contra concedentis mentem in reprobam  
 sensum detorqueāt: iccirco nemini omninò, cu-  
 iuscumq; dignitatis, & conditionis sit, etiam si  
 capitulum fuerit, Conseruatorie litteræ, cum  
 quibuscumque clausulis, aut decretis, quorum-  
 cumq; iudicij deputatione, quocumq; etiā alio

a sup. Ses.  
 6. c. 4. de  
 refor. &  
 infr. Ses.  
 24. de re-  
 for. c. 5.

b c. 1. & c.  
 ult. de of.  
 deleg.

pretextu, aut colore concessæ, suffragentur ad  
 hoc, vt coram suo Episcopo, siue alio Superiore  
 Ordinario, in criminalibus, & mixtis causis  
 accusari, & cõueniri, ac cõtra eum inquiri, &  
 procedi nõ possit: aut quo minus, si qua iura ei  
 excessione cõpetierint, super illis liberè valeat  
 apud iudicem ordinarium conueniri. In ciui-  
 lib. etiam causis, si spe actor extiterit; aliq̃  
 ei apud suos conseruatores iudices in iudiciũ  
 trahere minimè liceat. Quod si in ijs causis, in  
 quib. ipse reus fuerit, contigerit, vt electus ab  
 eo Conseruator ab actore suspectus esse dicatur,  
 aut si qua inter ipsos iudices, Conseruatorem,  
 & Ordinarium, controuersia super competen-  
 tia iurisdictionis orta fuerit: nequaquã in cau-  
 sa procedatur, donec per arbitros in forma iuris  
 electos, super suspitione aut iurisdictionis com-  
 petentia fuerit iudicatum: Familiarib. veri-  
 e ius, qui huiusmodi litteris. Cõseruatoris tueri  
 se solent, nihil illæ profint, præterquam duobus  
 dumtaxat: si tamen illi proprijs eius sumptibus  
 vixerint. Nemo etiã similibus literarũ bene-  
 ficio vltra quinquenniũ gaudere possit: nõ  
 ceat quoq; Conseruatoribus iudicibus vllũ ha-  
 bere tribunal erectum. In causis verò mercatorũ  
 aut miserabilium personarũ, huius sanctæ Sy-  
 nodi super hoc decretũ in suo robore perma-  
 neat. Vniuersitates autẽ generales, aut Colle-  
 gia Doctorum, seu scholarium, & regularia loca

a Sup. Sec.  
 7. cap. 14.

necnon hospitalia, actu hospitalitatem seruanti-  
tia, ac Vniuersitatum, Collegiorum, locorū, &  
hospitalium huiusmodi persone in presenti ca-  
none minimè comprehensæ, sed exemptæ om-  
nino sint, & esse intelligantur.

## CAPVT VI.

**Q**Via verò, a et si habitus non facit mona-  
chum, oportet tamē clericos vestes pro-  
prio congruentes ordini semper deferre, vt per  
decentiam habitus extrinseci morum honesta-  
tem intrinsecam ostendant: tanta autē hodie  
aliquorum inoleuit temeritas, religionisq; cō-  
temptus, vt propriam dignitatem, & honorem  
clericalem parui pēdentes; b vestes etiam de-  
ferant publicè laicales, pedes in diuersis ponē-  
tes, vñ in diuinis, alterum in carnalibus, pro-  
pterea omnes ecclesiasticæ personæ, quātum-  
cumq; exemptæ, quæ aut in sacris fuerint, aut  
dignitates, personat<sup>9</sup>, officia, aut beneficia qua-  
liacūq; ecclesiastica obtinuerint, si post quā ab  
Episcopo suo, etiam per edictum publicum, mo-  
niti fuerint, honestum habitum clericale, illo-  
rum ordini, & dignitati cōgruentem, & iuxta  
ipsius Episcopi ordinationem, & mandatū non  
detulerint, per suspensionem ab ordinibus, ac  
officio, ac fructibus, redditibus, & prouentibus  
ipsorum beneficiorum, necnō si semel correpti,  
denuò in hoc deliquerint, etiam per priuatio-  
nem officiorum, & beneficiorum huiusmodi

a 1. Man-  
tisonen.  
cap. 5.

b c. por-  
rectum. &  
c. ex parte  
de regul.  
c. vlt. 41.  
dist.  
c. 21. q. 4.  
per totā.  
Cōc. Mā-  
tisonen.  
1. cap. 5.  
Concil.  
Constant.  
Ses. 14. de  
vl. & ho.  
cler.



Lib. 5.  
Clem. de  
vita &  
non est.  
cler. c. 2.  
Exo. 21.  
Ex c. 1. de  
homic.  
c. c. in qui-  
sitionis,  
de accus.  
& c. cum  
nō ab ho-  
mine de  
iud.  
d. c. stude-  
at. 50. di.  
& c. signi-  
ficasti. in  
i. de hom.

revere p. p. m. & debeant: Secundum Con-  
stitutionem Clementis V. in Concilio Vien-  
nensi editam que incipit, Quoniam innovan-  
do, & ampliando.

CAPVT VII.

**C**um etiam qui b per industriam occiderit  
proximum suum, & per insidias, ab altari-  
auelli debeat, qui sua voluntate homicidium  
perpetrauerit, cetiam si crimen id nec ordine  
iudiciario probatum, nec alia ratione publi-  
cum, sed occultū fuerit, nullo tēpore ad sacro-  
o. dines promoueri possit: nec illi aliqua eccle-  
siastica beneficia, etiā si curā non habeant anti-  
marum cōferri liceat, sed omni Ordine, ac be-  
neficio, & officio ecclesiastico ppetuū careat.  
si verò homicidium non ex proposito, sed col-  
vel vim vi repellendo, vt quis se à morte de-  
fenderet, fuisse commissum d narretur; quā-  
ob causam etiam ad sacrorum ordinum, & al-  
taris ministeriū, & beneficia quæcumque,  
dignitates, iure quodāmodo dispēsatio debe-  
tur; committatur loci Ordinario, aut ex capite  
Metropolitano, seu viciniori Episcopo; qui nisi  
nisi causa cognita, & probatis precibus, ac nar-  
ratis, nec aliter dispensare possit.

CAPVT VIII.

e Supra  
cap. 2. &  
Sess. 2. c.  
vlt.

**P**reterea, quia e nōnulli, quorum etiam al-  
qui veri sunt Pastores, ac proprias oves  
habent, alienis etiam ouibus præesse querunt.

& ita.

Et ita alienis, subditis quandoque intendunt, ut suorum curam negligant; quicumque, etiam Episcopali praeditus dignitate, qui alienos subditos puniendi privilegium habuerit, contra Clericos a sibi non subditos, praesertim in sacris constitutos, quorumcumque etiam atrocium criminum reos, nisi cum proprij ipsorum Clericorum Episcopi, si apud Ecclesiam resederit, aut personae ab ipso Episcopo deputandae interuentu nequaquam procedere debeat: alias processus, & inde secuta quaecumque viribus omnino careant.

## CAPVT IX.

ET, quia iure optimo distinctae fuerunt dioceses, & parochiae, ac unicuique gregi proprij attributi pastores, & inferiorum Ecclesiarum Rectores, qui, suarum quisq; omnium curam habeant, ut ordo ecclesiasticus non confundatur aut una & eadem ecclesia duarum quodammodo diocesum fiat, non sine graui eorum incommodo, qui illi subditi fuerint; beneficia vnus diocesis, etiam si parochiales Ecclesiae Vicariae perpetuae, aut simplicia beneficia, seu praestimonialia, aut praestimonialia fuerint, etiam ratione augendi cultum diuinum, aut numerum beneficiatorum, aut alia quacumque de causa, aliterius diocesis beneficio, aut monasterio, seu collegio, vel loco etiam pro perpetuo non cunctentur.

a Conc. Moguntien. sub Arnulph. Imp. ca. 4. 15.

b A Dionysio Pap. vide i. Constantin. c. primis c. Ecclesias 13 q. 1. c. pastoralis. de his qui fiunt a praelat. & inf. Sess. 14. de ref. ca. 11. in fin. & c. 17. c. sup. Sess. 7. c. 6. & 7. & infr. Sess. 24. de ref. c. & 15.

decretum huius sancte Synodi super huiusmodi unionibus in hoc declarando.

## CAPVT X.

**R**egularia a beneficia, in titulum Regularibus professis provideri consueta, cum per obitum, aut resignationem, vel alias illa in titulum obtinentis vacare contigerit, religiosorum tantum illius ordinis, vel ijs, qui habitum omnino suscipere, & professionem emittere teneantur, & non alijs, ne vestem lino lanaque contextam induant, conferantur.

## CAPVT XI.

**Q**uia verò Regulares, b de vno ad alium ordinem translati, facile à suo superiore licentiam standi extra monasterium obtinere solent, ex quo vagandi, & apostatandi occasio tribuitur: nemo cuiuscumque ordinis Prelatus vel superior vigore cuiusvis facultatis aliquando ad habitum & professionem admittere possit, nisi vt in ordine ipso, ad quem transferatur, sui superioris obedientia in claustris perpetuo maneat, ac taliter translatus, etiamsi Canoniarum Regularium fuerit, ad beneficia secularia, etiam curata, omnino incapax existat.

## CAPVT XII.

**N**emo, etiã cuiusvis a dignitatis Ecclesiasticae, vel secularis, quacumque ratione, in Ecclesiam, beneficium, aut capellam de nouo

a c. cū de beneficio de præb. in 6. & infr. Sess. vlt. ca. 21. cir. med. & regul. & mon. Deut. 22. c. cū causam. de elect. & c. quidam. de apo. b Additio ad c. 27. Conc. Agathen.

a Sess. 25. cap. 9.

a Sess. 6. c. 5. & Sess. 23. c. 8. Cōc. Nicēan. c. 17. Conc. Au. rel. 3. c. 15. Conc. Mōguntien. ca. 14. c. 1. 21. q. 2. 9. q. 2. per totam. c. 1. cū seq. de temp. ord. in 6. & inf. Sess. 23. de ref. c. 3. 8. & 10. b Sup. ca. prox. & infr. Sess. 23. de ref. cap. 8.

tatis continue commensalitaris sue, absq; suo proprij Prælati expresso consensu, aut litteris dimissorijs ad aliquos sacros, aut minores Ordines, vel primam Tonsuram promouere, seu ordinare valeat: Contra faciens ab exercitio Pontificalium per annum, taliter verò promotus ab executione Ordinum sic susceptorum, donec suo Prælato visum fuerit, ipso iure sit suspens.

CAPVT III.

**E** piscopus quoscūq; b suos Clericos, præsertim in sacris constitutos, absque suo præcedenti examine, & commendatitijs litteris quacumque auctoritate promotos, licet tamquam habiles ab eo, à quo ordinati sunt, probatos, quos tamen ad diuina officia celebranda, seu ecclesiastica Sacramenta ministranda, seu idoneos, & capaces repererit, à susceptorum Ordinum exercitio ad tempus, de quo ei videbitur, suspendere, & illis, ne in alio aut aliquo ordine ministrent, interdicare præcipit.

CAPVT IV.

**O** mnes c Ecclesiarum Prælati, qui ad corrigendum subditorum excessus diligenter intendere debent, & à quibus nullus Clericus per huius sanctæ Synodi statuta, cuiusvis præiurij prætextu, tutus censetur, quo minus iuxta canonicas sanctiones visitari, puniri, & corrigi possit: si in Ecclesijs suis resederint, quibus

fundauerit, & construxerit; seu tam erectam  
que tamen sine sufficiente dote fuerit, de suis  
proprijs, & patrimonialibus donis competen-  
ter dotauerit: a ius patronatus impetrare, aut  
obtinere possit aut debeat. In casu autem fun-  
dationis, aut dotationis, huiusmodi institutio  
Episcopo, & non alteri inferiori reseruetur.

CAPVT XIII.

**N**on liceat prætereà, b patrono cuiusuis  
priuilegij prætextu aliquem ad beneficia  
sui iuris patronatus, nisi Episcopo loci ordina-  
rio, ad quem prouisio, seu institutio ipsius be-  
neficij, cessante priuilegio, iure pertineret, quo-  
quo modo præsentare: aliàs præsentatio, ac in-  
stitutio, forsan secute, nullæ sint, & esse intelli-  
gantur.

CAPVT XIV.

**D**eclarat prætereà sancta Synodus, in fu-  
tura Sessione, quam ad 25. diem Ianuar.  
subsequentis anni M. D. LII. habendam esse  
iam decreuit; vnà cum sacrificio Missæ agen-  
dum, & tractandum etiam esse de Sacra-  
mento Ordinis, & prosequendam  
esse materiam reforma-  
tionis.

a c. pia  
mortis.  
cum seq.  
re. q. 7. &  
à c. nobis  
de iur. pa-  
tro. & in-  
fra eff.  
vlt. c. 9.  
in prin.  
b Vide  
Sess. 25. c.  
9. c. illud.  
& c. rela-  
tum. de  
iur. patr.  
Concil.  
Mogunti-  
nenf. tē-  
pore Ar-  
nulphi c.  
4. Conc.  
alegusi.  
ad cap. 13.  
& inf. c. 9.